Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

in morte cum aque. ⁊ sedicionem et persecutiones pli iudeorum
intraverunt usque ad animam meam, intantum enim seviebat in me
ut auferent vitam meam

Salvum me fac o deus quoniam intraverunt usque ad animam meam

Infixus sum in limo profundi, capitis et apprehensus sum in manibus iudeorum qui sunt
limus ⁊ corruptio secundum conditionem naturae humanitatis quia de limo formatus est, et dicitur limus profundi, propter sceleratas et profundas
iniquitates eorum et non est substantia. ⁊ carnis virtus propter
quam exinde evadam, nisi tu salves

Quem in altitudine persecutionis insana enim iudeorum et se
ditio conjurata per eos dimersit me in mortem

Et de hoc non sunt excusabiles, quia ego clamavi ondendo
ea non esse facienda que mihi faciebant, et hoc

Clamans laboravi, quia non audiebat a priori, raucae
facte sunt fauces. ⁊ fites raucae, quia a pravis audiebat
defecerunt oculi mei carnales qui in morte extincti sunt
dum spero in deum meum, qui me cito resuscitabit

Consequentes plangens multitudinem persequentium aut

Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui odierunt
me sine causa gratis odierunt me cum sine ullius offensionis
sine merito meo persecuti sunt me

Et non tum fuerunt mihi, sed Confortati sunt super herodem
et pilatum et fortes facti sunt inimici qui me persecuti sunt iniuste
in qua tribulatione exsolvebam pendens pro hiis quae non rapui
⁊ pro peccatis quae non perpetravi sed primi parentes reposuerunt, et
ego per eos suspensus sum, ut sequitur

Exponens propter quae passus est aut Tu scis pro peccatis meis
meorum
eorum a me liendam et delicta scientes facta mea
quia in me suscepi delenda, a te non sunt abscondita, delicta
enim sui susceptor, non commissor

Et quia talia non mea culpa patior o domine precor ut
Non frustrentur sancti preces piae, et alii iusti qui dementur
in inferno qui expectant eduae per me, quod non fierent
si non resurgerem, et ideo domine virtutum cui michi in